

*Exiit decretum à Cæsare Augusto,
secundo Romanorum Imperatore.
Julius enim fuit primus.*

Hæc descriptio prima.

Augustus regnaverat 42. annos, & nullum antea censum postulaverat à Judæis.

Vult igitur in hunc modum concludere:

- Esa. 40. Messias debuit nasci Nato Joanne Baptista.
Mala. 3. Debuit enim is Christo præparare viam. Item, sub Monarchia Romani
Dan. 2. Imperatoris ablato sceptro à Judæis,
Gen. 49. Christus rum temporis natus est.

Ergo est Messias.

V S V S.

Ψ33. 1. Notetur h̄ic obiter veritas verbi divini.

Johā:18. 2. Christi regnum esse spirituale; quod inde colligitur, quod ipsius Nativitatis tempore sceptrum à Judæis erat ablatū,

II. Facit mentionem loci:

*Ascendit autem Joseph in civitatem,
quæ vocatur Bethlehem.*

Messiam autem ibi debuisse nasci, prædixit Micheas. Ad faciendam autem fidem historiæ, etiam addit, quare Joseph iverit in Bethlehem: *Ibant, inquit omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem.*